Mythologia, Padoue, 1616 - 52 : Priape dieu des cultures ; Priape jeune homme ailé

1 médaillon

Auteur(s) : Ferroverde, Filippo (graveur)

Collection Série B - 1581. Pierre Eskrich, Images des dieux (Lyon)

Images, Lyon, 1581 - 72 : Priape dieu des cultures ; Priape en jeune homme ailé *a pour adaptation ce document*

Collection Série A - 1571. Giuseppe Porta et Bolognino Zaltieri, Imagini degli dei (Venise)

Imagini, Venise, 1571 - 72 : Priape dieu des cultures ; Priape en jeune homme ailé *a pour adaptation ce document*

Collection Série B - 1612. Pierre Eskrich, Mythologie (Lyon)

Mythologie, Lyon, 1612 - 51 : Priape dieu des cultures ; Priape en jeune homme aîlé *a pour alternative ce document*

Informations sur la notice

Auteurs de la noticeÉquipe Mythologia

Citer cette page

Ferroverde, Filippo (graveur), *Mythologia*Padoue, 1616 - 52 : Priape dieu des cultures ; Priape jeune homme ailé ; 1 médaillon, 1616

Consulté le 01/12/2025 sur la plate-forme EMAN : https://eman-archives.org/Mythologia/items/show/7771

Présentation du document

Publication*Mythologiae, siue, Explicationis fabularum libri decem*, Patavii, Apud Petrumpaulum Tozzium, ex typographeio Laurentij Pasquati, 1616
ExemplaireHathiTrust : Getty Research Institute - https://catalog.hathitrust.org/Record/100240830
Formatin-4
Pagination

- p. 208
- p. 284

Exposition virtuelleLa "Mythologie" et ses gravures
Notice créée par Maria Laura Cucciniello Notice créée le 11/09/2023 Dernière

Fichier issu d'une page EMAN : http://eman-archives.org/Mythologia/items/show/7771?context=pdf

modification le 25/11/2024

Fichier issu d'une page EMAN : http://eman-archives.org/Mythologia/items/show/7771?context=pdf

Fichier issu d'une pag

Magnanimo ac forti quondam generatus Achille.
A quo è complexu raptum nutricis, ab alta
Turre iacit natum mox Hectoris, vndeq; cadētem
Purpureum cepit lethum, nigraq; tenebræ.
Mox capit Andromachen, fuerat namque Hectoris uxor,
Quam ſibi donarunt virtutis præmia Achiui.
Anchiſæ clarum natum domitoris equorum
Protinus in naues, duxit, qua marmora ſulcant,
Æneam, fuit egregium quod munus Achiuum.

Ex illo celebri Martis adulterio ſuſcepit Harmoniam, vt teſtatur Heſiodus in Theogonia, quam tamen alij Iouis & Electræ filiam fuiſſe putarunt, è Mercurio ſuſcepit Hermaphroditū, vt nomen ipſum ſignificat: quod ita ait Ouid. lib. 4. Metam.

Mercurio puerum, & diua Cythereide natum
Naiades Idæis enutriuere ſub antris:
Cuius erat facies, in qua materq; paterq;
Cognoſci poſſent: nomen quoque traxit ab illis.

Concepit Erycem è Bute vt alij maluerunt, è Neptuno: quem Hercules palæſtra ſuffocauit, vt ait Iſacius. Fertur etiam Meliguuis fuiſſe Veneris filia. Fama eſt præterea quòd Venus Dionyſum amauit, quo ad Indicam expeditionem militante Venus Adonidis conſuetudine fruebatur: mox coronata redeunti Dionyſo occurrens & ipſum coronauit, & rogauit, vt ſe ſequeretur, quia iam nupſiſſet mox in Lampſacum profecta eſt, quia ibi vellet parere, quod geſtabat in vtero. At Iuno Zelotypia capta illius vterum per dolum contrectauit, fecitque vt deformem puerum pareret, qui ingentia maxime haberet pudenda quem poſtea Priapū nominauit, vt ait Poſidonius in libro de Heroibus & Dæmonibus. Non defuerunt qui Suadelam quoque Veneris filiā fuiſſe dixerunt, quæ ſententia etiam fuit Sapphus. at Heſiodus in

Theogo.

Fichier issu d'une page EMAN : http://eman-archives.org/Mythologia/items/show/7771?context=pdf

cum corona proceſſit, illumq́ue coronans ſequi quidem noluit, quia puderet, quod nupſiſſet: at in Lampſacum recedens ibi parere decreuit. Tum Iuno capta zelotypia, ſimulans ſe opem ferre, manu venefica vterum attigit, fecitq́ue puerum deformem, & præ cęteris incredibilem membri pudendi magnitudinem habentem pareret, quem Priapum nominauit. id cùm vidiſſet Venus, noluit illum capere ob membri magnitudinem, ſed in Lampſaco vrbe maris Helleſponti reliquit. Huius deformitatem ita complexus eſt Archias in his carminibus:

Βαιὸς ἰδεῖν ὁ πρίηπος, ἐπ' αἰγιαλῖτιδα ναίων
χηλὴν αἰθυίαις οὔποτε, ἀντίβιος
φοξός, ἄπους· οἷόν κεν ἐρημαίησιν ἐπ' ἀκταῖς
ξέσσειαν μογερῶν υἱέες ἰχθυβόλων.

Littoreâ paruus ego hic habito ſaxoſa Priapus,
Nullaq́; cum mergis bella cruenta gero.
Diſtortus vultus, pes nullus: falce dolando
Piſcator talem finxerit, aut melius.

Deinde cùm adoleuiſſet, pergratuſque foret Lampſacenis mulieribus, Lampſacenorum decreto ex agro Lampſaceno exulauit. Fabulati ſunt antiqui Lotidem nympham Priapi libidinem fugientem in Loton fuiſſe mutatam. Memoriæ prodidit Euſeb. in lib. de Falſa Religione Priapum aliquando cum vno ex illis aſellis, qui Bacchum in Indicam expeditionem proficiſcentem trans quendam fluuium tranſuexere, de mẽbri magnitudine decertaſſe, (fuit autem tanti id aſellorum beneficium creditum, vt illi ſint idcirco inter ſydera relati, & alteri eorum conceſſum eſt, vt loqui poſſet) qui cùm victus fuiſſet victorem ob inuidiam occidit. Manſit deinde ea conſuetudo in ſacris, vt aſinus Priapo tanquam inuiſum & inuidioſum animal immolaretur. Scripſit Ouid. lib. 1. Faſtorum per ſolẽnitatem matris Deorum, ad quam omnes Dii

conuenerant,

Digitized by INTERNET ARCHIVE Original from THE GETTY RESEARCH INSTITUTE
Fichier issu d'une page EMAN : http://eman-archives.org/Mythologia/items/show/7771?context=pdf